

Gedalias, vir Judæus, cuius fidei *Jeremiam* proceres illi Babylonici diligentissimè commendarunt. Quis hîc non admiretur admirabilem DEI providentiam, quæ Reges Babylonios & principum ejus animos inclinavit ad *Jeremiam* in *πενωλεῖρα* illâ clementissimè conservandum. Elucet nimirum inde veritas illius *Salomonis Prov. 22. Cor Regis in manu DEI, quò vult, illud inclinat.*

ψ. 141

IV. *Classi* ascribimus incolumitatem *Ebedmelechi*, præstitam ei juxta vaticinium à Propheta hîc recitatum, in quo præcipuam considerationem meretur, quod causa illius incolumitatis referatur ad fiduciam in summâ illâ omnium rerum perturbatione in divino auxilio collocata.

ψ. 15. 16.

17. 18.

Confirmat hæc observatio symbolum illud commune Christianorum *Psal. 25. In te Domine speravi, non confundar in æternum. Wer Gott vertraut/hat wohl gebaut.* Aliàs hîc occurrit L. C. de divinâ compensatione beneficiorum, quæ in fideles DEI servos collocata, de qua *Matth. 10. v. 41.*

Ἄξιον μνημόνευται.

1. τὰ λεξικά.

(1) Mensis 10. & 4. (2) Nomina horum Babyloniorum, (3) *Riblah*. (4) *Hemath*.

2. τὰ γλωσσικά.

Notentur vs. 12. & clausula capitis.

3. τὰ δημογορικά.

Absolvatur Enarratio hujus capitis duabus concionibus: (1) habeatur de Urbis devastatione. (2) de fato infelici Regis & iis, quæ sequuntur.

Tota historia pertinet ad X. Dom. Trin.

CAPUT XL.

Transitio generalis.

PRior Prophetiæ *Jeremiæ* pars tria complectitur membra, in quorum 1. ea, quæ antè; In 2. ea, quæ circa; In 3. ea, quæ post urbis Hierosolymæ expugnationem dicta factaq; sunt.

Atque hætenus quidem fuit 1. & 2. membrum; Sequitur tertium in hoc & seqq. capitibus tribus à 40. vs. usque ad 45. quem-

D d

admo-